

sed quodammodo et quo ad cognitionem <sup>seis</sup> incipiunt n. pbli nales demonstrationes suas ab effectibus  
qua sensibus percipiuntur ut tandem ad causarum cognitionem accedant.

tex

**Et in super.** Jam probat nec pertinere ad pbliam nalem dissoluere rōes Parmenidis et Alclij: rōe ē quoniam nullus avarax dissolvit omnes rōes adversariorum nisi tantum eas quas dissolvere potest servatis suis principiis. Cum 9 Parmenides et Alclij suis insuis argumentis destruant priā pbliā nalem non erunt eorum rōes dissolvende a pbliā nali. Maiorem ostendit Ar similitudine quadam in geometria. Propter eam non dissolvenda sunt a geometra rōes quibus Hippocrates et Chis arcum quadrati conabatur quod non destruant ullum priūm geometris: minime aut rōes An tiphontis qm sic pbliū tollebat de medio priūm illud geometricum. omnem magnitudinem ee divisibilem in infinitum. Si quis voluerit videre rōes Hippocratis legat simplicium in hoc loco. Illud tantum notandum. Hanc pbliam fm aliquos per lunulas conatum fuisse ostendere quadraturam circuli: quod Ar insinuat i. ele corum cap. 10 et insinuaverat cap. 25 2. lib. priorum. Secundum alios i. per partes totius circumferentia extensas per modum quadrati et quidam recentiores affirmant. Cont extus tamen utroq modo potest intelligi quamquam prius expositio verior videatur ut patet apud simplicium. Quod 2o attinet ad opinionem Antiphontis omnes conveniunt dicunt n. antiphontem descripsisse quadraturam intra circulum ita ut contingeret circumferentiam secundum omnes angulos. Unde super quodvis latus quadrati exata bē triangulum ad medium arcus superpositi. Rursus q. Super utrumq latus trianguli alios triangulos eadem arte descripsisse quousq. tota area ut alle putabat consumeretur: et qm ex quadrato et omnibus illis triangulis superpositis fieri potest unum quadratum ut omnes geometra concedunt relinqueretur quadratum ex omnibus constans circulo dato ee aequale. Tollebat 9 sic pbliū hoc principium geometricum. omne magnitudinem in infinitum ee divisibilem.

text.

**Verum Cum non.** Reddit causam cur nihilominus disputaturus sit aduersus Parmenidem et Alclijum, eorum q rōes dissoluturos. Qm inquit, et si nam de medio tollant tamen insuis positionibus nonnulla miscent nalia de quorum discussionē vtilitas aliqua reportari pōt.

text.

**Atq. ut a principio.** Induas partes dividitur. Arj disputatio aduersus Parmenidem et Alclij. In eam in qua refellitur eorum positio, qua continetur in reliqua p. 2. Suis cap. et in eam in qua resolvuntur eorum rōes qua continetur in cap. 2. Quibus 9 rōibus refutat eorum sententiam. pro quibus intelligendi advertendum ē idem ee dicere.

dicere, oium rerum ee unum primum, atq; na ee unum tantum ens ut pat et ex dictis.  
 qm primum et id cuius e primum idem sunt ut plr. fatebantur. Pro q<sup>o</sup> rae sumitur  
 ex parte tris. Posterior exp<sup>o</sup> unus. Ut aut accomodatissime procediamur a no-  
 minum vltim<sup>o</sup> significatione qua totius disputationis fundamentum ee debet su-  
 pponit in priori argumento nomen entis significare substantiam, cetera q; accidentiu  
 genera. Semde supponit significare substantia uniuersale et singulare, ac cide  
 ha q; thia ac singularia. Tunc sic uidetur argumentari.

Cum dictis omnia ee unum tantum ens: aut noie entis intelligit substantiam  
 et accidentia aut accid entia sola ut quantitatem et qualitatem et ita deat tris: aut  
 deniq; solam substantiam. Nullum horum dicere pot est; no fuit igr aubij asserendum  
 ee unum tantum ens. Primam partem minoris ostendit qm substantia et accid entia  
 multa sunt simplr, illi aut simplr asserabant omnia ee unum tantum ens.

Secundam partem suadet qm nec sola quantitas nec sola qualitas nec aliud genus  
 accidentis sine substantia existere potest quod intellige naturaliter: unde fieri nequit  
 ut omnia sint sola quantitas aut qualitas, aut aliquod accidens reliquorum.

Pertham confirmat qm si omnia eent sola substantia no eent omnia unum ens infini-  
 tum ut dicebat Meli. nec supple finitum ut dicebat Parmenides. Finitum n. et infini-  
 tum (magnitudinem intelligit ut hi Phil<sup>o</sup> summebant) sunt quedam affectiones quanti-  
 tatis. Finitum e n. cuius partes certo numero et magnitudine comprehenduntur. Infini-  
 tum aut ut docet Ar<sup>o</sup> lib. 3 cap 7. e id cuius quauis parte accepta restat alia accipi-  
 endat bndefit ut si omnia sint sola substantia non sint uniuersa unum ens finitum infi-  
 nitumue quod si quis diceret substantiam ee finitam aut infinitam per accidens ut poteser  
 quantitatem iam fateretur dari plura simplr in rerum no substantiam s. et quantitatem  
 ferquam illa eet finita aut infinita. Non fecit aut primum tris in hac argumentatione.  
 dum summit significata entis ee plura simplr quod illi negabant: qm argumentatur  
 ex eo quod fere ab oib; conceditur quamquam repugnet Parmenidi et Meli. Videbit  
 ut haec argumentatio sit diata

**Præterea Cum multiphr.** Posterior rae qua sumitur exp<sup>o</sup> unus haec  
 e: Aut noie unus intelligit unum continuatē aut unum indiuisibile aut unu-  
 roe: nihil horum intelligere potesit; falso igr asseritis omnia ee unum tantu ens.  
 In maiori prop<sup>o</sup> asserit Ar<sup>o</sup> unum prouo noie Et enim unum numero quod proprie-  
 tale e, aut e unum continuatē ut tabula, aut unum indiuisibile ut unum punctum,  
 aut unum roe et natura ut indium ensunt v. uesit. N. morem quo ad i<sup>am</sup> partem  
 probat quia si omnia eent unum continuatē iam essent modo aliquo plura quod fame  
 negabant

tex.

negabat Parm. et Mell. ut n. credebatur esse unum, ut nullo modo plura esse arbitrarentur. Nam  
omne unum continuum est diuisibile in partes: igitur omne unum continuum est plura. Con-  
sequens bona est siue intelligatur consequens. Hoc modo s. unum continuum est plura s. p.  
in quas diuidi potest. Siue etiam hoc modo unum continuum est plura quia ipsam  
totum secundum se est unum: qualibet autem pars est aliud quiddam. Cuius rei acco-  
sione inquit h. p. esse exatari. Sane q. m. sit neutrum et una quaeque pars idem siue  
pars sit continua siue non continua. quia q. et si non sit necesse ad hanc probationem  
satis est enim quod consequens sit uerum ad in priori sensu, tamen per se digna est conside-  
ratione. Quod igitur totum diuersum sit a singulis partibus probat: quia est idem ut in-  
diuisibile, omnino esse quoque inter se sunt idem ut manus et caput non quae sunt  
eadem unum et ratio sunt eadem inter se.

tex

**Atq. si unum est.** Probat 2. <sup>am p. em</sup> minorij quia si omnia sunt unum  
indiuisibile nulla erit quantitas, et ex consequenti nec qualitas s. corporalis q.  
in substantia mediante quantitate recipitur, omnis n. quantitas est diuisibilis et ex  
consequenti omnia non erunt unum finitum aut infinitum quia quid est aut omne fini-  
tum, aut infinitum quantum est.

tex.

**At v. si omnia.** Per hanc partem minorij confirmat quia si omnia essent  
unum ratio ut uestimentum et tunica eadem esset ratio contrariorum et disparatorum b. g.  
boni et mali quantitates et qualitatis, et ex consequenti id quod multo absurdius est con-  
tradictorium ut boni et non boni et ex consequenti id quod absurdissimum est omnia essent  
nichil nam recte sequitur eadem est ratio boni et mali, malum autem est non bonum, q. eadem  
est ratio boni et non boni. Rursus non bonum est non ens et ex consequenti nichil: igitur eadem  
ratio esset boni et nichil. Aduerte autem has consequentes bonas esse non simpliciter sed ex hypo-  
thesi, dabo s. ~~hanc~~ Max. eo quod Parmenides et Mell. concedebant c. s. esse ad  
idem. quid autem nomine unius intellexerint quantum licebit conijcere dicemus ad finem  
capitis sequentis.

tex

**At in posteriori quoque.** Impugnat in hac parte huius capituli sententiam  
quorundam philosophorum qui quidem ex parte cum Parmenide et Mell. concesserunt de q.  
arbitrarentur id quod est unum nullo modo esse plura quamquam ut ait simpliciter non dicerent  
omnia esse unum suam q. sententiam etiam confirmabant unum et multa sunt contraria. Contraria  
v. nulla ratio eidem rei conuenire possunt: nulla n. ratio dixeris rem eandem esse albam et nigram  
calidam et frigidam et ita in ceteris: q. nulla ratio fieri potest ut id quod est unum sit etiam mul-  
ta. Sed argumentabantur alij: Socrates est unus ut patet est autem albus et plurius quia sunt plura  
q. id quod est unum est tamen plura. Praterea totum continuum est unum, diuisione autem sui pot.  
est plura: datur igitur aliquid quod cum sit unum sit etiam multa.

Sunt illi

Concili ad illud respondet, aliquid enim tollens verbum, e, tantumque dicentes, Socratem albu  
 Socratem illud ne dum verbum est, apponerent viderentur concedere Socratem e, plana entia  
 ut simpliciter intelligit. Sed quia haec responsio ridicula videbatur, tollebat. n. de medio enun-  
 tiationem qua Socrates aut albus, aut philosophus diceretur. Alii enim occurrebant alij dicentes  
 transformandam esse dictionem, hoc est nomen in verbum adiectivum esse mutandum atque dicendum  
 Socrates albet. Socrates philosophatur. Ita si fieret ut servata enuntiationis natura non poneretur  
 verbum, est. Hi autem dum ita respondebant, plane non intelligebant aut certe nollebant fate-  
 ri idem esse dicere Socrates est albus, ac Socrates albet. Socr. est philosophus, ac Socr. philosophatur. quod  
 quidem non concedere aperte est incommodum.

Ad alteram autem objectionem fatebantur se non posse respondere, quare concedebant tanquam  
 absurdum idem esse unum ac plura. Hic ergo representat. An quod putaverint hoc esse absurdum  
 quia de causa docet multis modis aliquid dici posse unum ut unum subiecto, unum voce, unum actu et  
 unum potentia. Undemque modis posse dici multa: Et quamquam unum et multa si eodem modo  
 sumantur, ut actu tantum vel potentia tantum pugnent inter se, nec eidem rei possent con-  
 venire, tamen nullum est incommodum si diversis modis accepta possint eidem convenire quo  
 patet album esse philosophum quod est unum subiecto, multa voce et natura, totum vero continuum a se  
 est quidem unum, sed potentia plura

## Utrum totum distingatur re ipsa a suis partibus Simul sumptis quod unica.

Forum occasione qua ad finem huius capituli dicit de toto et partibus in quibus versantur ex  
 positivis hoc loco differat nectum re ipsa a suis partibus simul sumptis, quia quidem quod hoc  
 non excutatur de toto per accidens, aut per aggregationem cuiusmodi est compositum ex subiecto et  
 accidente ut accerit lapidum fatentur, n. omnes absque controversia summo tunc non dicitur  
 qui re ipsa a suis partibus simul sumptis. Non excutatur etiam de toto veli comparatione partium  
 subiectarum aut de toto potestatis comparatione suarum potentiarum est igitur intelligendum  
 quod haec de toto physico quod constitutum est ex materia et forma et substantiali. Et in quae de  
 tota integrali suae constet partibus simularibus siue dissimularibus. Nec verum veritatem  
 in dubium utrum totum seu physicum, seu integrale distingatur re ipsa a suis partibus seilla  
 sim acceptis. Constat. n. totum a singulis partibus re ipsa differre, ut Socratem a sua materia  
 rursusque a sua forma. Et enim si singulae partes Socratis eent idem re ipsa cum Socrate eent  
 etiam idem reali inter se. Nam quae cumque sunt eadem re ipsa cum uno certis sunt eadem

re ipsa inter se

inter se <sup>uare</sup> ma. extrema <sup>uare</sup> sibi idem cent resp. quod aperte absurdum e. Desinguntur q. sicut  
 tota abingulis partibus resp. eo quod aliquid realiter includunt, quod no. includatur in  
 sin. galy partibus, ut socrate desinguntur resp. a sua materia eo quod includit etiam formam  
 qua in materia non includitur, Turis q. desinguntur resp. a sua forma eo quod includit  
 etiam mat. qua in forma non includitur. veritur g. in g. <sup>uare</sup> totum sive p. sive n. sive  
 integrale desinguntur resp. a suis partibus opitij et collectiue sumptij. In qua g. sic  
 explicata dua. sunt opposita opinioes: Altera e. graecorum ut hemeli filoponi et singli  
 cy existimantium partem negatiuam ueram ee quorum sententia secuti sunt comentatur  
 A. g. R. et plerique alij ex recentioribus. Altera e. bini homo scoti et aliorum multorum  
 dicunt n. partem affirmatiuam potius amplectendam ee.

2<sup>a</sup> co. do.

Sae opinio pot. suaderi  
 e. sententia Avy. in 4  
 priorum, cap. 3. quia it  
 q. n. prater partes e.  
 um) i. nihil aliud e.  
 um quam sua partes.  
 qui aliam opinionem  
 hysserit ita explicabit  
 um Avy. 3. totum no.  
 ee. existere sine suis  
 partibus. //

Prior sententia sibi argumentis confirmari pot. si totum re ipsa differret a partibus simul  
 sumptis atq. unitis, aut scito differret aut per aliquid sui neutrum e. dandum q. nec  
 illud. Maior patet quod enim differret ab altero realiter aut differret scito ut socrate a  
 platone, aut per aliquam sui partem quo p. solo differret totus homo a capite eo quod habet  
 alia membra qua non continentur in capite. Minor aut. suadetur quo ad priorem quid e.  
 partem, qm. cum partes sine de e. totum no. poterit scito desingui a collectione par  
 tium includit n. nisi fuerit ipsa partes. Quo ad posteriorem v. partem, qua nihil re  
 aliter continetur mat. quod non in partibus simul sumptis. Et enim si quid contineret  
 in toto, quod non in partibus simul sumptis eet fortis de unio partium. Atqui haec praeter  
 quod reperitur in partibus simul sumptis qm. sunt unitae (de ipsis enim ita sumptis  
 nunc loquimur) non pertinet ad integritatem totius sed potius quaedam e. conditio requi  
 sita alioquin totum compositum naturale ex aliquo accid. ente eet constitutum.

2<sup>o</sup>. si totum desingueretur reali a partibus simul sumptis sequeretur definitionem e.  
 halem non explicare totam degniti eentiam: hoc aut. e. absurdum. q. et illud. sequella  
 probatur. qm. in definitione tantum ponuntur partes totum aut per se est aliqua res q.  
 hincta a partibus simul sumptis: q. in definitione non explicatur sola eentia tota de  
 hinct.

3<sup>o</sup>. quia ut docet. Av. 2<sup>o</sup> de aia. cap. 1. et octavo Metaph. cap. ultimo no. e. querend.  
 ratio cur ex materia et forma substantiali sit unum per se qm. cum forma sit proprius alij  
 et materia propria potentia se ipsi ununtur atq. efficiunt unum; q. hoc ipse quod forma  
 substantialis in forma abq. ulla enitate alia erunt ma. et forma unice unum per se.  
 sed hoc unum per se no. e. aliud quam totum compositum q. totum compositum no. desingui  
 tur realiter a suis partibus simul sumptis. Accedit etiam id quod ait Av. hoc cap. contra  
 Parmenidem et Melissum totum continuu. ee. plura. i. plures partes in quas diuidi pot. est.  
 Praeterea illud quod affirmat. secundo lib. de aia. cap. 1. ut p. pilla, inquit, et unijus sunt  
 oculos, ita corpus et aia. sunt aia.

2<sup>a</sup> co. el.

Posterioremo. sententiam qua. anobis amplectenda e. suadet scotus 3<sup>o</sup> hanc. de h. 2<sup>o</sup>  
 q. 2<sup>o</sup>.

g. 2a. Imprimis Hoc modo. si totum per se non distingueretur realiter a suis partibus: mul sumptis, nullum eet discrimen inter totum per se et totum per aggregationem cuius modi e cumulus lapidum Hoc aut no e dandum ut satis apertum e: g. nec illud. Prob. maior quia si totum per se eet idem realy cum suis partibus eent ipsa partes aggregata et ex consequenti eent plura: totum aut quod e plura e totum per aggregationem.

2o id quod per se generatur et corrumpitur e totum compositum per se: sed nec firmo- seorsim nec ma nec amba simul sumpta cum sint plura generantur ac corrumpuntur: aliud igr realiter e totum compositum non solum a partibus segillatim, sed etiam simul sumptis. Quod aut materia nec generetur nec corrumpatur, patet ex fine huius libri, videlicet. Alj nec nam nec firmam per se corrumpi aut generari. Quod idcirco in generatione et corruptione generari et corrumpi unamem ma cum forma illud falsum e qua unis e quaedam relatio, generatio aut et corruptio no e nisi substantiarum.

3o Partes simul sumptae realiter componunt ipsum totum: g. distinguuntur realiter ab ipso toto. Antecedens patet quia non componunt separatim: Consequens probatur qz nihil realiter componit se ipsum.

Hij argumentis hoc etiam vao addi pot. Partes totius separate sint idem re ipsa cum seipsis unis: sed totum distinguitur re ipsa a collectione partium separatarum: g. distingu- tur re ipsa a collectione partium unitarum. Conseq. satis manifesta e: Cum n. duo aliquo- sunt idem realiter quidquid ab uno eorum re ipsa distinguitur etiam ab altero. Maior conti- nari potest primo quia cum duo aliqua iisdem partibus essentialibus constant no distingu- tur realiter inter se: sed collectio partium unitarum ex iisdem partibus constat ex quibus constituitur collectio earundem partium non unitarum: g. collectio partium unitarum no distingu- tur realiter a collectione earundem partium no unitarum.

Deinde si collectio partium unitarum distingueretur realiter, a collectione earundem par- tium non unitarum vel distingueretur ab ea secuta, vel per aliquid sui no secuta, quia utraqz collectio ex iisdem partibus fit: Nec per aliquid sui quia nulla pars conueniret in una eaz collectionum qua in altera no contineatur: g. duae illae collectioes non distingu- tur realiter inter se. Accedit ad huius opinionis confirmationem id quod dicit Alj s. Alerap. cap. 21. s. Sex non ee bis tria, sed semel sex: Item illud quod dicit 7. lib. cap. ultimo. Sylla- bari s. ba, non ee ipsa elementa, b et a sed ee aliquid aliud: et carnem no ee solum igne et terram aut calidum et frigidum, hoc e no ee ipsa elementa ex quibus componitur, sed aliquid aliud, quod affirmat cap. ultimo lib. octavi Alerap. In ijs (inquit) quae non sunt ita per aggregationem, ipsum totum aliquid aliud e praeter partes

Resat ad argumenta aduersus hanc post-erorem sententiam, respondere ad primum igr Rm e.

et nō fert alij unitis  
nec dicitur

respondeo endū ē hanc differre reipso a partibus unitis illa hinc sumptis nō quidem seors,  
hoc ē per quantum sui partem nec per aliquid sui seu per aliquam sui partem sed seors  
hoc ē integritate sua natura, seu quod idem quia ē una quodam reipso. Partes vero  
etiam unita et simul accepta non sunt in re ipso, sed multa quantum in completa  
Ad 2<sup>um</sup> dicitur et statum non sit sua partes simul accepta, recte tamen per def<sup>em</sup> centrale  
explicari nam definiti naturam cum eius partes omnes eentiales in definitione adhiben  
tur. ut enim utam aliquod definiti cognitione percipiatur satis ē si partes eius omnes eentiales  
intelligantur

Ad 3<sup>um</sup> Respondetur posita materia et forma positam et forma unitis ad huc ē necessariam aliam  
quamquam unitatem que sit hanc. Nam materia et forma unita non sunt unum ens ipse, sed mul  
ta entia incompleta efficiunt tamen unum ens ipse, quod realiter differt a suis partibus simul  
acceptis nec aliud ex Aristoteli verbis colligitur. hoc enim aperte significabit cum docuit nō ēē que  
rendam rationem cur ex materia et forma unum ens ipse efficiatur: quia ex proprio actu et  
potentia sit unum ens ipse, quod constituere nō possunt nisi simul accipiantur. Potius n.  
colligendum erat ex eo loco Aristoteli statum a suis partibus simul sumptis realiter distinguere quā ēē  
idem realiter cum illis. Ad confirmationem 2<sup>o</sup> que ex Aristotele afferuntur respondendum ē Aristoteli  
concessisse adversus Parmenidem et Mellem. statum ēē suas partes in sensu causali hoc ē cog  
itare ex multis partibus quod satis erat contra Parmenidem et Mellem. Veritatem ēē suas  
partes quatenus in eas ut in multa entia dividi potest. Pari modo dicitur corpus et animam ēē aial  
in sensu causali hoc ē constituere aial. g.

## Quod facile solvantur roes Parmenidis & Mell. Caput 3<sup>um</sup>

Hoc capite soluitur Aristoteli paradoxorum philosophorum roes, atque in principio roem Mellicis, quae ē  
hymoi. Quidquid ē factum habet principium: 1<sup>o</sup> quidquid nō ē factum non habet principium,  
sed factum uniuersum nō ē factum: cum n. nihil dicitur praeter ipsam rem fieret ex nihilo, quod  
omnes philosophi existimabant fieri non posse: 2<sup>o</sup> factum uniuersum nō habet principium, et ex angu  
stia finem nō habet. Tunc ulterius quod non habet principium nec finem ē infinitum: 3<sup>o</sup> factum  
uniuersum ē infinitum ac promde immobile. Nam infinitum replet oem locum, et ita  
nō habet locum ad quem moueatur. Deinde sic est infinitum 4<sup>o</sup> unum tantum. Nam fieri  
non potest ut relinquatur locus alicui alteri cum infinitum omne spatium occupet: 5<sup>o</sup> oia  
sunt unum tantum infinitum et immobile. Hanc igitur roem soluit Aristoteles negando 1<sup>am</sup> consequentiam  
In ea enim committitur fallacia consequentis, cum procedat a destructione antecedentis  
ad destructionem consequentis: Perinde ac si quis hoc modo argueretur: quid  
quid ē homo ē aial: 1<sup>o</sup> quidquid nō ē homo nō ē aial.

Deinde hoc etiam. Negat deinde illam aliam consequentiam quae ex eo quod uni  
uersum coreret

careret prius inferretur uniuersum esse infinitum mole, ut enim hoc inferretur oportet  
 supponere omnia principium esse primum rei, i. magnitudinis nullumque dari primum sporis  
 aut generationis, quod tamen est manifeste falsum. Quod autem oporteret illud  
 supponere patet quia ex eo quod aliquid non habet primum, aut sporis, aut sua generationis  
 non sequitur quod sit infinitum mole. Nam celum non est infinitum mole et tamen  
 ex sententia Aristoteli qui existimauit falso mundum fuisse ab eterno nec habuit primum  
 sporis, nec sua productionis. Ut ergo esset bona illa consequentia oportebat supponere  
 primum esse primum magnitudinis praesertim cum antecederet illud ut inferretur ex  
 antecedentibus intelligendum esset de prius sporis, aut productionis, et non de prius magnitudi-  
 nis.

39

**Præterea cur sit.**

Solut 3. eandem rem negando consequens. quia Mellisus  
 colligebat uniuersum esse immobile eo quod est unum infinitum, et repletis omnem locum.  
 Nam esset non posset moueri localiter, mutando totum locum, quid erit ut non posset mo-  
 ueri in eodem loco, ut multæ partes uniuersi in suis locis mouentur ut celum et aqua.  
 Deinde dato quod non posset moueri localiter, cur non posset alterari? saltem secundum  
 suas partes. Hoc secundum br addidisse Ar. quod reuera corpus infinitum nec extra suum  
 locum nec in suo loco moueri potest, ut ipse ostendit 1. de celo cap. 5. et 6.

tex

**At uo nec species.**

Impugnat ergo Mellisus, quod intulerit uniuersum esse unum  
 non quomodocumque sed specie rei ue uo eadem. Quamquam non uidetur absurdum oia  
 esse unum secundum materiam, ut quidam nales concederunt dicentes nihilominus res esse diuer-  
 sas propter accidentia, diuersasque res habere tamen dixerunt omnia esse unum in eiusdem  
 rei absurdum est. Patet enim hominem differre ab equo, et res contrarias inter se. Aduerte  
 tamen Arem non concedere hoc loco omnia entia habere eandem materiam, cum multa  
 entia dicat esse immaterialia ut patet ex octauo libro et duodecimo Metaph. sed omnia  
 entia quæ a ueteribus cognita sunt corporalia nimirum nec omnia corporalia cum affer-  
 rat multas in locis celos habere diuersam materiam specie amā. Horum inferiorum  
 ut dicemus 1. lib. de celo cap. 3. sed eorum entium quæ generantur et corrumpuntur  
 quæ sola uideantur cognouisse veteres, dicebantur fere omnes alia quæ sunt præcipua  
 partes celorum esse ignea.

tex

**Idem & ad Parmenidem.**

Solut rem Parmenidis quam docet peccare  
 sum in materia sum infirma. Ratio uero eius ut colligitur ex 1. Metaph. cap. 5. humor est  
 quid quid est præter ens est non ens, sed non ens est nihil. ergo quid quid est præter ens est nihil.  
 Sed ens est unum. ergo quid quid est præter unum ens est nihil, ac promde omnia sunt tantum  
 unum ens. Hanc rem ait Aristoteles falso sumere, seu peccare in materia quia cum ens multi-  
 plicetur dicatur de substantia, s. et accidentibus, summitur tamen à Parmenide ac sic dicitur  
 fur unum tantum in se u. uniuersum. Unde maior prioris syllogismi uera est si ens accipi-  
 atur pro substantia

tex



tex

pro substantia et accidentibus: sed in hac acceptione Minor posteriori syllogismi est falsa s-  
ens est unum: quia substantia et accidentia non sunt unum simpliciter ut illi uolebant sed plu-  
ra simpliciter et unum secundum quid, unitate scilicet analogica.

**Non concludit autem** ostendit roem illam peccare quod in forma quae eade  
forma seruata datur in alia materia antecedens verum et consequens falsum. si enim  
supponamus omnia esse alba ipso albo unum significante et existente uniuoco, ut modo  
est, sic licebit argumentari. quid quid est praeter album est non album: non album est nihil  
ut patet ex suppositione: quid quid est praeter album est nihil. Sed album est uniuoca  
supponamus esse diuocum ut reuera est: quod alba erunt unum tantum et non plura  
In qua argumentatione antecedens est verum et ultimum consequens est falsum: quia  
alba omnia nec sunt unum tantum continuatione ut patet nec unum tantum esse &  
essentia. Alia est ratio et essentia albi, qua album est et alia subiecti quod recipit al-  
bedinem, licet tunc nihil sit quod album non sit, aut essentialiter aut accidentaliter. Non  
enim haec duo habent distinctas essentias, quod alterum possit esse separatam ab altero,  
sed ex eo quod esse diuersa sunt, licet semper inueniantur coniuncta: quod tamen Parme-  
ni non animaduertebat. In hac infantia ut Aristoteles ostendit hanc consequentiam non esse  
bonam.

omnia sunt unum  
quod omnia sunt simpliciter unum

Nam si omnia sint alba omnia erunt unum album specie et tamen non erunt unum  
tantum album, sed dabuntur simul plura in genere substantiae et qualitatis simul. In reliqua  
parte capituli duo facit Aristoteles. In primis multis uerbis in graue subititerum in argumentatio-  
nes Parmenidis: bene de reseribit Platonem et Xenocratem. Num quod uocem Parme-  
nidei, hunc quod roem Zenonis tam male soluerit, ut cum eo consentire uideretur, textus  
id habet 28. quod 2. libro post. cap. 4. ex hoc loco uelimus in de 2. p. accidentium in se  
parabilem poni proprium subiectum, In reliquis autem minime.

**Quo pacto Parmenides et Melissus intellexerint omnia esse unum,**

**Quod unica.**

**E**tenim non ueritatem esse sententiam Parmenides et Melissi quare in hoc loco impug-  
nat, nec non ueritatem esse hoc philosophi persuasisse omnia penitus unum esse, et nullo pacto diuer-  
sa. In quo sensu ab Aristotele impugnantur. quia propter sunt qui dicant eos non uisum esse Deum  
optimum. Al. intellexisse quasi dixerint unum tantum esse ens ex se habens esse independentem et pro-  
prie immobile infinitum duratione et perfectione, quod sit a Parmenide dicebatur finitum hoc  
est perfectum. Perfecta non solent appellari finita, hoc est quibus nihil desit ut patet ex lib. 3.  
cap. 3. ut autem ueritatem haec sententia, hinc quia ut refert Aristoteles 1. Metaph. cap. 5 Xenopha-  
nes, praceptor

praecipit Parmenidis asseruit ipsum unum esse Deum: Credibile est autem Parmenidem eiusque  
 discipulum Melisum in eadem fuisse sententia. Accedit id quod ait quallenus in tali histo-  
 ria ceensophanem docuisse discipulos de rebus omnibus ambigere praeterquam de hac una, oia  
 videlicet esse unum, et hoc esse unum ipsum Deum: hanc aut existimat simpliciter et alij pluri-  
 mi fuisse sententiam Parmenidis et Melisij: cui quidam satis accomodantur vocis ususque. quid-  
 quid n. est factum primum habet durationis: q. quidquid non est factum non habet tale primum  
 (qua consequ. bona, si in antecedente summatur esse factum, pro quacumque affectione qua  
 res incipit esse. tunc n. summantur termini conuersabiles quibus sumptis licet argumetari  
 a negatione antecedentis ad negationem consequentis, quemadmodum et econuerso) et per-  
 consequens nec finem durationis sed esse est infinitum duratione et essentia, et per consequens  
 prorsus unum et immobile. Totum quidquid est praeter ens quod ex se habet esse est non ens et  
 nihil, hoc est nullum esse sibi uendicat nisi ex alio quales sunt omnes creaturae ut Theo-  
 logi fatentur, et ut cum ens ex se habens esse unum tantum sit efficitur ut res se dicant su-  
 iusmodi ens unum oia esse dumtaxat atq. hoc patet vni. intelligenda res illa, quod quidem  
 satis est consentaneum ei quod dixit Moysi. Ego sum qui sum. Item sic. Dices filij  
 Israel, qui est misit me ad uos, quasi noie proprie se uocant id quod est seu ens.

Potest etiam dici, hoc philosophos ita esse intelligendos quasi dixerint unum tantum esse ens creatum  
 quod per se, sine ope alicuius ensis creati posset consistere. ut pote ipsam uniuersitatem creatu-  
 rarum. Nam singula res creata ita sunt connexa, et a se mutuo pendentes ut non uideatur  
 esse entia sed partes uniusentis, nec possint sine ceteris coherere, suusque officium retinere  
 in rerum natura quatenus in unitate totius uniuersi continentur: totum aut uniuersum nullius  
 alterius creature adiumento indigere quod Crassus ille Ciceronianus 3. lib. de oratore ad  
 Quintum fratrem his uerbis asserit. At mihi quidem veteres illi maius quiddam aio com-  
 plexi plus multo etiam uideri uidentur, quam quantum uerborum ingeniorum acies uideantur  
 pri potest, qui omnia haec qua supra et super unum esse, una ui atq. una concessione ne-  
 consistita esse dixerunt. Nullum n. est genus rerum quod aut auulsum a ceteris, perfectum  
 consistere, aut quo cetera si careant uim suam atq. aeternitatem conseruare possint. Videtur  
 aut conuenire haec expositio cum ijs qua dicitur i. de generatione cap. 8. quo loco affirmat  
 Ar. hoc philosophos existimasse uniuersum esse continuum nec multum referre quod putauerint  
 omnia esse continua, si uerum est quod eo loco dicitur quod multo minor est sumus error.

3. a expositio esse potest quod dixerint oia esse unum, oia eiusdem uocis quatenus entia  
 sunt credentes ipsum ens uniuersum esse comparatione omnium rerum, quod multi etiam  
 hoc tempore uerum esse arbitrabantur. Conuenit aut haec expositio cum eo quod ait  
 Ar. i. metaph. cap. 5. Parmenidem s. coactum assentiri ijs qua apparent, dixisse oia esse unum  
 uocis, plura uero secundum sensum. Representantur tamen ab Ar. quasi dixerint oia  
 esse unum re et uocis, quia eorum uerba id significare uidebantur, quod idaria sepe facit ne  
 uerba in rebus philosophis possint errorem aliquem inducere.

Computatio.

# Confutatio perperam sententiam de prijs Caput quartum.

Impugnata sita solutio erroribus eorum qui videbantur motum de medio tollere frustra  
sturus. *fr.* opinionis eorum qui magis ad nam accommodate loquebantur ex phisicis huius  
capitis duo gna humoi phlorum: Alterum genus e eorum qui posuerunt unum corpus ee  
prium materiale oum rerum naliu unum. ex tribus elementis superioribus aut medium  
aliquid interilla: res aut nales dicebant fieri densitate et raritate: conuenit aut quod am-  
modo cum ijs phly. Platu quo ad numerum priorum: Si namq unum prium materiale po-  
nebant duo v<sup>o</sup> contraria pro prijs formalibus et si accidentalibus: Platu v<sup>o</sup> inu prium ma-  
teriale constituerebat. Idem: duo<sup>o</sup> ex parte materia magnum. et paruum. unde patet  
discrimen et conuenientia inter platonem et humoi phlor.

Alterum genus e eorum qui segregatione et congregatione res fieri existimabant quos  
primis referitur Anaximander Halensis discipulus qui posuit quidam Chaos pro prio rerum  
naliu infinitum tamen et immensum ut refert biogenes laertius, ex quo per segregatione  
res nales fierent, non tamen explicauit quidnam eet illud Chaos, aut quomodo ex ipso  
segregationem res efficierentur.

Secundo loco referitur Anaxagoras qui posuit etiam chaos dicebat res fieri ex infinitis  
corpuseculis qua latebant in chaos eiusdem speciei in constitutione unius rei diuersis aut  
specie in constitutione diuersarum. Tertius e Empedocles qui chaos quod phlorum appe-  
llabat quodammodo pro prio rerum naliu constituerebat, sim ph<sup>r</sup> tamen et vulgata eleme-  
ta pria ee asserbat, ex quibus omnia fierent, addebat praeterea ex phlorum regnate litte  
pro dne elementa mundumq hunc sensibilom constituere: hinc v<sup>o</sup> post aliquot spora  
dominante amicitia commisceri fieriq reorum phlorum quem appellabat mundum  
intelligibilem atqui ita infinites fieri humoi recipit hunc reciprocaionemq quaqui-  
dem in re praeterquam in alijs qua dicta sunt differebat ab Anaxagora. Hic enim di-  
cebat mentem, hoc e hunc, coepisse aliquando extrahere ex chaos res nales nec unquam fi-  
niturum eiusmodi segregationem.

tex

Videtur aut Anaxagoras. Impugnat hoc cap. opinio Anaxagoras qm vbi  
nulli roe eam confirmabat. supponebat igr infinitis ex nihilo nihil fieri. Percausa nales  
quod verissimum e et ab omnibus phly assertum: supponebat deinde (id quod sensibus no-  
tum est) contraria ex contrarijs fieri, ut calida ex frigidis et frigida ex calidis et ita ceter.  
hinc sic argumentabatur id quod fit, aut fit ex ente aut non ente et nihilo: ex nihilo  
aut nulla res pot fieri ut patet ex priori suppositione: quidquid q fit ex ente fit, fit aut ex  
contrario ut patet ex posteriori suppositione. Aut q ex contrario manente manente  
aut ex aliquo, quod erat in contrario de quo fit: Non e dandum quod ex contrario manente  
ut patet ex experientia q ex eo quod erat in contrario: tale aut no ut quidquam aliud qua  
multitudo quodam infinita Partium similarium rei qua fit, qua quidem laetabat in  
re, ex qua aliquid fit. Pria igr rerum naliu sunt infinita corpusecula. Et qm ex una quaq  
re, iudemus fieri

2. videmus fieri rem aliquam necessariam efficiatur ut in una quaque essent infinitae particula rerum omnium quae ex ea fieri possunt: dicebat tamen rem non denotare nisi ab illis particulis quae magis denotant abundantius q. v. g. in lapide dicebat contineri infinita corpuscula ligni, infinita autem ossis, et rursus infinita carnis, et denique infinita caeterarum rerum, ex quibus corpuscula lignea essent omnia inter se eiusdem speciei, differre tamen specie a corpusculis carnis, et sic in caeteris: Certum tamen lapidis dicebatur quam lignum eo quod in ipso plura essent corpuscula lapidis quam ligni: Nam etsi utraque esset infinita iuxta Anaxagoras sententiam, non tamen putabat in commodum corpuscula unius esse plura quam alterius. Quam hanc non repellit Aristoteles in hoc cap. quoniam ex istis quae sunt dicenda repelli potest: bene tamen, solum potest si dicatur quid quid sit fieri, ex ente actu, constituto per aliquam formam ut ignem ex ligno, aut ex ente potentia hoc est ex materia prima ut ignem ex materia quae erat in ligno: quid quid sit fieri ex ente actu tanquam ex contrariis quod quidem non manet in re quae sit, sit autem ex ente in potentia tanquam ex subiecto: sit igitur ex eo quod erat in contrario ut colligebat Anaxagoras quod tamen non est infinita illa multitudo partium simularium, sed materia prima. Unde non sequitur omnia esse in omnibus nisi quo ad materiam. Haec tamen inferius magis explicabuntur.

**Si infinitum.** Refutat sententiam Anaxagoras atque in primis quod dicitur tex. ut prior rerum naturalium esse infinita non solum numerum sed etiam specie. Ratio huius est. Si esset prior infinita rerum naturalium res naturales non possent a nobis cognosci: hoc autem asserere absurdum est, nec enim esset ulla philosophia naturalis: quod absurdum est dicere prior rerum naturalium esse infinita. Maiorem est indit quoniam ignoratis principijs necesse est ignorare principjata ut patet ex metho huius lib. In finitum vero quae ex parte infinitum est non potest a nobis cognosci.

**Præterea necesse est.** Dixit Anaxagoras in qualibet re naturali latere infinitas tex partes omnium rerum ideo parvas ut esset insensibile: Contra quod sic argumentatur 2. loco quoniam si partes aliquas partium possent esse quantacumque magnitudinis, aut parvitatibus, plurimam etiam partem potest esse quantacumque magnitudinis, aut parvitatibus: Sed videntur ut aëriae plantae non possunt esse quantacumque magnitudinis, aut parvitatibus, nec enim homo tantus esse potest ut caelum, nec etiam tam exiguus ut formica: quod nec partes inuentium ut os, caro, nervus, et caetera possent esse quantacumque magnitudinis, aut parvitatibus, quare fallum est in unaquaque re licet minima esse infinitas partes cuiuslibet alterius rei insensibiles, tamen ob sui parvitatem. Verba autem illa, dico autem aliquam partium partium, quae in se, et in quibus partium ipsum dividitur. Hunc habent sensum, loquor autem de partibus quae retinent eandem naturam quam habebant in suo toto et in quibus partium ipsum est divisum. Nam Anaxagoras de his

de his partibus loquebatur, putabat, n. partes illas retinere eandem naturam, quam habe-  
bant in suo toto.

tex

**Præterea si totalia.** Impugnat 3. loco Anaxagoram, quod dixerit in qualibet  
re omnia inesse. In primis autem recitat quibusdam de his Anaxagora, hanc ponit  
suppositionem. quod si omne corpus finitum detractione corporis finiti tandem consu-  
matur, in qua noie detractionis non intelligat ea quæ sit per partes proportionales. Su-  
iusmodi n. detrahitio nunquam absoluitur ut si ab ita magnitudine detrahas dimidium  
et a residuo dimidium, et iterum a residuo demidium, et ita in finitum. Intellige igitur  
detractionem per partes æquales quantumcumque parvas: necesse est enim o. corpus  
finitum parte aliqua certa alicuius magnitudinis sepe ablata tandem absolui.  
Tunc sic argumentatur. Detrahitur ex aqua certa magnitudinis portio aliqua carnis  
deinde o. alia, & alia deinceps, aut igitur absoluetur illa detrahitio, et sic dabitur aqua  
sine ulla carne, aut abibit in infinitum, et ita dabuntur infinitæ partes carnis æ-  
quales, in eadem re finitæ magnitudinis, quod est contra suppositionem. Detrahitur n. par-  
tibus æqualibus nunquam absoluetur aqua quam finitæ magnitudinis esse diceba-  
mus. Sed quæm diceret Anaxagoras posse in infinitum auferri partes carnis, minores tamen  
semper in infinitum, ait, Aliter fieri non potest: licet n. aliquæ, ut quæ minores, semper au-  
feruntur, tamen deveniendum est ad aliquam partem carnis ita parvam ut nulla  
minor esse possit. quare saltem deinceps omnesque auferrentur in infinitum fore  
magnitudinis æqualis inter se: patet igitur non omnia esse in omnibus.

tex

**Præterea si corpus.** Quarto loco docet non in o. corpore inesse cetera corpo-  
ra, ita ut in se possint generari per segregationem. quantitas carnis est finita, tamen  
quo ad magnitudinem quam quo ad parvitatem. quod datur minima caro, sed ex mini-  
ma carne nullum corpus potest secerni in quo includatur caro: quod non in omni corpore  
includuntur cetera corpora. Minorem probat quia si ex minima carne possit se-  
cerni corpus in quo includatur caro dabitur caro minor minima quæ est aperte ab-  
surdum: sequella probatur quia omne corpus detrahitur aliqua parte necesse redditur  
minus, cum quod nullo corpore quod secernitur in a minima carne non maneat ita quantitas  
carnis aqua facta est detrahitio dabitur profecto caro minor minima.

tex

**Insuper in infinitis.** Quinto loco argumentatur hoc pacto si omnia ex omnibus  
ferri possent, et ex consequenti essent in omnibus darentur infinita corpora infinitis, quæ in eadem  
corpora, hoc pacto autem est absurdum quod et illud. Maior probatur quæ in una quaque parti-  
cula aquæ sunt infinitæ particule carnis, sanguinis cerebri, et aliarum rerum in-  
ter se separate, diversæ et similiter, in una quaque particula illius carnis quæ in aqua  
conspicitur, si verum est quod ex omnibus oia per segregationem fieri possunt erunt  
rursus infinitæ particule rerum omnium, et sic procedendum in infinitum erunt  
infinitæ infinita in quaque re.

tex

**Id vero quod.** Impugnata opinione Anaxagora, impugnat id quod addebat,  
nunquam.